

Psal. 90, 2. ubi Moses clare enunciat, quod Deus 21, 6. 22:
sit ab aeterno in aeternum. 13.

48. Intellexerunt hoc aliquatenus etiam sa-
niores philosophi, affirmantes Deum non nisi a-
ternum constituendum esse, ac sine blasphemiam.
Plat. in Ti-
mæd.

etiam Platone teste, aliquid ei vel futuri vel

præteriti attribui haud posse.

49. Vnde Thales Milesius interrogatus, Quid
esset Deus; respondit ὁ μητὸς ἀρχὴν ἔχων, μήτε
τέλος: & Deus ille Aegyptius, de se ipso sed
falso pronunciauit: Εγώ εἰμὶ πᾶν τὸ γεγονός,
καὶ ὅν, Κτόλος ἐσόμενος.

50. Porro predicatur in Confessione nostra
Deus, immensa potentia, sapientia, bonita-
te præditus, creator & conservator rerum
omnium, visibilem & invisibilem.

51. Est vero attributorum istorum natura, ut
partim τὸ ἐνεργεῖσι sive Essentiam Dei, vel τὸ τὰς ἐξι.

Quid sit Deus: partim vero τὸ ποῖον, Qualis ille
sit, exprimant; quanquam omnis Qualita-
tum Logicarum sive Physicarum aut Accidenta-
liū: vel, ut in scholis loqui solem, τῶν παρεπέμ-
ψιν τῆς Φύσει, respectu penitus hinc est removēdus.

52. Habent autem singula ista attributa, sua
certa ac immota in scripturis fundamēta: & im-
mensam quidem Dei potentiam, sive Omni-
potentiam, ita passim eae decantant, vt vix ul-
lus dari possit scripturæ locus, qui non omnipoten-
tia divinæ collaudandæ spiret vestigia.

53. Ipse profecto Ichoyah hoc sibi elogium tribuit,

ad

Immensa
potentia;